

rator de rato caueat. Et quid protestari iubeat, qui ita cauet. Quod si procuratori tunc non caueatur, mitti debet in possessionem rei, unde damnum timetur, sicut muti debet, si cuius est procurator.

9 Damni infecti intra quantum tempus, & usque ad quem terminum cauere debet, iudex, causa cognita, statueret debet. Et potest, si res distent, delegare iudici inferiori. Et quod si cautio praestita su nullo termino praestito.

10 Damnum si timetur ex opere factio in flumine publico, aut in ripa fluminis publica, cautio in decennium praestari debet, alioquin arbitrio iudicis.

11 Fluminum publicorum, viaru, ac litorum, communis est usus, ipsa tamen loca publica sunt, & non priuata. Si tamen ad litora publicorum fluminum praedia priuatorum terminentur, via inter praedia & ea litora non remaneant, ea litora quo ad dominium ad eos pertinent, quorum sunt ea praedia.

12 In loco publico autoritate publica licitum est aedificare priuatum aedificium, aliquidque destrucere, dummodo non cedat in aliorum praedictum ac damnum. Solum vero publicum manet, nisi concessum sit, ut sit etiam priuatum, gratis, aut pro emolumento aliquo.

13 Damnum si timetur ex aedificio priuato factio in loco publico, cauendum est tantum aedificio, non vero de solo, esse ex solo damnum etiam imminet: cum tamen si solum esset priuatum, de eo etiam esset cauendum. Vnde si solum concessum esset ut esset priuatum gratis, aut pro emolumento aliquo, de illo etiam esset cauendum.

14 Damni infecti ex aedificio publico, aut ex loco publico non cauetur. Recurritur tamen ad principem, aut ad potestatem aliam publicam, ut periculo sufficiat subueniat, aut ut id destruat.

15 Damni infecti cauetur, qui vias publicas priuata autoritate in ius commodum vniuit: secus si autoritate publica.

16 Damni infecti qui cauet nomine proprio, non dat fideiussores: qui vero nomine alieno, quod aliis, ad quem id spectat soluet damna si euenierint fideiussores dat, quod ille soluet.

17 Damnum ex re vel aliqua si quis sibi cauere petat ab eo, quem credit illius dominum si alius dicat, esse dominum, tunc qui cauere petit, eligere debet, quem eorum maluerit, ut is solus caueat, sed sine fideiussoribus.

18 Damni infecti si cauere petatur ex re, circa qua duo contendunt, is cauere debet, qui eam possidet, alioquin is qui sibi cauere petit, in possessionem mittitur ex primo & secundo decreto. Quod si, qui in possessione erat, vincatur, & aliquid damnum sequutum ex re illa soluat, qui vicit, id ei reuertit.

19 Damnum si imminet domino praedii ex aedificio ab aliquo in eoracione seruutis debet factio, qui id edificium fecit, cauere solum debet, non vero fideiussores praestare.

20 Damni infecti si cauere petatur ex re pertinente ad unum quo ad proprietatem, & ad alium quo ad dominium vtilis, usufructum, seruitutem, aut aliud ius in re, satis est si proprietarius caueat sine fideiussoribus: quo dato, ceteri cauere ei tenentur sine fideiussoribus pro rata domini vtilis, aut iuris, quod in re habent. Ceteri si sine proprietario caueant, fideiussores praestare tenentur. Nullo cauere volente in possessionem ex primo & secundo decreto is mittitur, qui cauere sibi petit. Nullus vero ius, aut dominium partiale amittit, nisi cauere requisitus, ipse non caueat. Et quando is, cuius loco ab alio est cautus, nisi caueat ei, qui integre cauit, aut soluat ei partem damni, quod pro eo soluat, amittit illi partem domini, aut ius, quod in ea re habet.

21 Damni infecti non tenentur praestare fideiussores, sed satis est si promittendo caueat, qui rem possidet, qua bona fide a non domino comparatur.

22 Damni infecti si usque ad certum diem sit cautus, & ante eum diem corruit id, unde damnum timebatur, & quassit aliquid, quod post eum diem decidit, solvendum est id damnum.

23 Damni infecti vicisim cauere debent, qui habent res, unde vicisim damnum timetur.

24 Damni infecti cautio locum non habet ex solo suapte natura ruinoso. Si vero timeatur ex aedificio in eo superposito, locum cautio habet.

25 Damni infecti cauere debet, etiam qui habet aliquid solidum, quando ex remotiori aedificio imminet damnum, quod id solidum insinuat, & impedire non poterit: domino tamen illius ab alio esse cauendum, tum de suo damno, tum etiam de cautione, quam ipse praestat.

26 Si eisdem aedificij vnus habeat usufructum, & aliter proprietatem, & id aedificium mouerit ruinam, neuter cogere potest alterum cauere de damno, quod in eodem aedificio sibi imminet ex tali ruina. Et ratio cur in eo euentu neuter alteri cauere tenetur.

27 Damni infecti ex eodem aedificio cauere tenentur proprietarius usufructuario habenti praedium aliud praedium, quando ex solo imminet periculum ei praedio. Et usufructarius proprietario habenti praedium, quando ex aliquo, quod de nouo aedificet in aedificio, in quo habet usufructum, imminet periculum proximo praedio. Aliter vnus alteri cauere non tenetur.

28 Damni infecti neuter alteri cauet, neque nocet cautio si sit data, si habeat dominium pro indiuiso eiusdem aedificij quod minatur ruinam, esto alter eorum proximum habeat aliud praedium, quod inde etiam periclitetur. Et cur id ita habeat.

29 Damni infecti si de pariete caueat vnus alteri duorum, qui illum habent pro indiuiso, non tenentur ea cautione, nisi ipse solus onerauerit eum parietem, id est, in causa fuerit damni.

30 Refectione si indiget res ad multos attinens, quando idonior expensis omnibus, & quando omnes simul sint admittendi.

31 Damni infecti si quis alteri cauit circa demolitionem parietis vtrique communis, quando ad damnum sequutum tenentur demolens, quando non item. Et de demolitionis expensarum ab vtroque solvenda.

32 Damni infecti non valet cautio, neque solvere tenentur damnum vnus alteri, quando controuentur, ne communis paries destrueretur, & reaedificaretur, etiam si habeant proxima praedia, quibus id nocet. Cauere tamen tenentur alij vicinis. Si non errore in vis, sed ex spontaneo pacto, mutuo sibi caueant de da no infecto, tunc de eo tenentur.

33 Seruitus ne alius aedificetur, si habeam, & tu alius tollas, ego destrui petam, & tu dicas, ex meo consensu id fecisse, & ego negem, destruitur, nisi intra tempus tibi praescriptum probes intentum.

34 Damni infecti cautio uni praestita quo ad nam suam domum ruinosam vicinam non se extendit ad aliam, si illam de nouo acquirat prope eandem domum vni nosam. Neque cautio praestita ei circa unam partem domus, se extendit ad partem eiusdem domus, si ei adiudicetur.

35 Damni infecti cauere debet, qui aedificat, si inde damnum imminet, esto qui eam cautionem petit, aliunde agat ad impediendum id aedificium.

36 Damni infecti cautionem petere potest, quicunque ius aliquid habet in re, cui damnum timetur, quo ad id praesens damni, quod sibi potest provenire.

37 Damni infecti cauendo multis, qui ius habent in re, cui damnum timetur, non plus illis cauere debet, quam uni soli, qui integrum dominium rei illius habet.

beret, quia singulis cauere debet quo ad suum partiale damnum.

38 Damni infecti a duobus habitentibus eandem domum pro indiuiso singulis cauere de dimidio damni habitentibus item duo eandem domum ruinosam pro indiuiso singulis cauere de dimidio damni, quod inde obuenit.

39 Damni infecti si seruus, communis duobus, stipuletur quoad domum vtrique communem, consetur pro vnoquoque eorum stipulatus quo ad partem, quam in ea domo habet, esto maiorem aut minorem partem pro portionalem domum in eo seruo habeat.

40 Damni infecti cauendum non est ei, de quo constat a non domino coparasse id, cui damnum imminet, neque cautio bona fidei ei antea praestita est valida. Cui vero comparauit bona fide aliquid, unde damnum timeatur, cauere debet, aut relinquere eam rem.

41 Damni infecti si duobus habitentibus commune id cui damnum timetur, cautum sit, si postea vnus comparet partem alterius, transit in illum cautio eius partis praestita, si cautum fuerit ei & successoribus: secus si accessores non fuerint expressi.

42 Damni infecti cautionem petere ad venditorem, an ad emptorem rei, cui damnum imminet, intermedium res emptori non est tradita, spectet, & alia circa id.

43 Damnum si inquilino imminet ex domo conducta, aut ex alia locatoris, licet cautionem de damno infecto petere non possit, quo iure, & quando, agere potest aduersus locatorem. Et quando deserere possit domum. Si alteri domum inquilini inde damnum imminet, cautionem damni inquisi petere poterit. Si a re aliena damnum imminet domni conducti, locator inquilini cautionem damni infecti petere possit.

44 Damni imminentes domni alieni qui cauit, tenetur de damno sequenti rebus mobilibus, aut se mouentibus, in ea reperitis, modo ad certos quosdam pertineant.

45 Damni infecti non cauetur ei qui illicite aedificauit iuxta aliud aedificium, & qui illicite est passus aedificari aedificium iuxta suum.

46 Damni infecti qui ex vna causa cauit, si ex alia damnum proveniat, tunc tenetur ille lacere damnum.

47 Damni infecti qui cauit ex opere, quod facere intendebat, si ipse id non fecit, nec mandauit, nec ratum habuit, nec factum sit ab eo, quem ipse prohibere poterit, non tenetur de damno inde sequuto.

48 Damni infecti qui cauit ob aliquod ius praedium, si aliquid in eo efficiat vtendo iure suo, unde detrimentum vicino praedio proveniat, non tenetur de eo damno.

49 Damni infecti qui cauit ob vitium rei suae, si sequatur damnum, non ex eo vitio, sed casu fortuito, non tenetur de eo damno, nisi ob id vitium ex eo casu fortuito sit sequutum.

50 Damnum sequutum, de quo fuit cautum, quam moderate estimandum, vt soluat.

51 Damni infecti si iudex cauere non precepit, requisitus dum pro tribunali sederet, aut postea requisitus non iussu mitti in possessionem ex primo & secundo decreto, & reliqua necessaria praestari, actio in factum ad interesse competit aduersus illum, qua ad haeredes & aduersus haeredes transit.

52 Damni infecti si cauere coram iudice sit petitum, & dum iudex deliberat, damnum sequatur, competit actio in factum aduersus dominum rei, unde damnum provenit, vt vel illud rescariat, vel rem relinquat damnum ex ea passio.

53 Damnum timens, postulat decretum iudicis, vt de da no caueatur, aut relinquatur res, unde timetur, eis qui illud timet. Id decretum denunciat domino rei, unde timetur. Si contumax sit, neutrum praestatur.

re, alter mittitur in possessionem rei illius primò ex primo decreto, & deinde, perseverante contumacia, ex secundo. Atque ex tunc ea res efficitur omnino illius, neque alteri permissum cauere de damno.

54 Damni infecti denunciatio vt caueat quis iustici, & quot modis fieri possit.

55 Damni infecti denunciatio facta ut caueatur intra certum terminum, nec praestita cautione, qui timet damnum, mittitur a iudice in possessionem rei illius ex primo decreto.

56 Damnum timens, mitti iussus in possessionem ex primo decreto, si negligens non fuit, & corruit id, unde damnum timebatur, mittitur in possessionem solis, & remaneant, dum non soluitur damnum acceptum, & ex pensae, & non cauetur de damno, si quod sequetur.

57 Damnum timens, quando mittitur ex primo decreto in possessionem domus unde id timet, etiam in soli possessionem mitti debet, esto ea domus superficialia sit. Et quando mitti debeat etiam in possessionem partium, qua non minantur ruinam, quando non item.

58 Damnum si ex arboribus & aggeribus timeatur, in quantum partem eius fundi mitti is debet in possessionem, cui non cauetur.

59 Damni si vnus caueat, & alter non, duorum qui dominium eiusdem rei habent, is cui non cauetur, mitti in possessionem debet partis eius dumtaxat, qui non cauet.

60 Damni infecti si multi domini diuersorum praediorum aut vnus praedij, cauere sibi possunt ratione alterius praedij, sine simul, sine vnus post alium, id petat, omnes simul & aequaliter mitti ex primo decreto debent in possessione eius praedij. Si tamen prius missus, posterius petenti caueat, is in possessionem non mittitur.

61 Damni infecti quia non est cautum, eo ipso quod quis mittitur in possessionem rei alicuius ex primo decreto, incipit illa habere rationem quasi pignoris capti, vt distinguitur a iudiciali, & neque ex lata culpa tenetur si illam non resciauit, nisi forte quando dominus est absens.

62 Damni infecti quia non est cautum, missus in possessionem ex primo decreto, non possidet eam rem, sed solum legitime illam tenet, ac possessio perseverat ad apud illum alium: unde ille alius potest eam praescribere, & non possidens ex primo decreto.

63 Damni infecti quia non est cautum missus in possessionem, si animo illum non deserendi recedat, ea non amittit: secus si animo illam deserendi: quod non praesumitur.

64 Damni infecti, qui cauit si post cautionem id praedij alienauit, & ex illo sequutum est damnum, qui cauit tenetur ad illud. Nouus vero successor non nisi ab illo etiam petita & praestita fuerit cautio. Quod si praedij fuisset alienatum postquam alius fuerat in possessione illius ex primo decreto, retinet possessionem eius, quod ex eo praedio remanet, nisi exoluitur damnum acceptum, & expensae, & ei caueatur de damno futuro. Si vero ulterius perseveret contumacia, mittitur ex secundo decreto, comparatq, possessionem ei uilem, & naturalem, ac dominium, nisi dominium ad alium quartum pertineret.

65 Damni infecti cautio si offeratur missio in possessionem ex primo decreto, tenetur ea admittere, modo ei soluantur damnum sequutum, & expensae vtilis factae, & caueatur de damno futuro.

66 Damni infecti ob non praestitam cautionem in isto mitti in possessionem ex primo decreto, si resistatur, quae actiones ad interesse ei competant. Ille resistatur, si illi caueatur, aut admittatur in possessionem ex primo decreto. Competit vero actio perpetua transiens ad successores in praedio, cui est cauendum, & aduersus successores in praedio, ex quo est cauendum.

- 67 Damni infecti ob non praestitam cautionem in isto miti in possessionem ex primo decreto, si resistat tertius aliquis, quando adversus illum & adversus possessorem praedij competat actio, & quando adversus solum tertium resistente. Qui si incipit sit, quando dominus noxae teneatur illud tradere.
- 68 Damni infecti ob non praestitam cautionem missus in possessionem ex primo decreto, a quo iudice, & quoad mitti debeat ex secundo decreto. Minor, & absenti reipublica causa, restitutio in integrum adversus eam missionem conceditur.
- 69 Damni infecti ob non praestitam cautionem missus in possessionem ex secundo decreto, comparat eo ipso possessionem civilem & naturalem, praescribereque cum titulo incipit rem illam, si erat alicuius tertij. Si vero erat proximae illam possidentis, comparat etiam dominium. Neque post secundum decretum locus est cautionis nisi locus sit beneficio restitutionis in integrum.
- 70 Damni infecti ob non praestitam cautionem missus in possessionem ex secundo decreto, si inde expellatur, aut regressus ad ea rem non admittatur, quae actio nis adversus repugnante competat.
- 71 Damni infecti ob non praestitam cautionem si multi simul, aut successivae unus post alium, petant mitti in possessionem ex secundo decreto, mittendi sunt, non aequaliter, sed iuxta proportionem damni, quod quisque timet ex ea re, ad damnum, quod alij timent. Si unus eorum fecerit in ea re expensas, alij in eadem proportione contribuere illi debent, quod expendit.
- 72 Damni infecti ob non praestitam cautionem si aliqui missi sint in possessionem rei alicuius ex secundo decreto, & alius superveniat, qui petat sibi ex eadem re caere, ad illos spectat ei caere. Quod si contumaces sint, & hic mittatur in possessionem rei illius ex primo & ex secundo decreto, hic solus comparat possessionem & dominium illius, & illi alij illud amittunt.
- 73 Damni infecti ob non praestitam cautionem si quis missus sit in possessionem alicuius praedij ex secundo decreto, et qui illud ex ratione amittit, habeat aliud praedij vicinum, ratione cuius petat sibi caeri, non tenetur praestare ei cautionem.
- 74 Damni infecti ob non praestitam cautionem a creditore ex re, qua in pignus habebat, si quis missus sit in illius possessionem ex secundo decreto, praesertur ei creditori, qui eo ipso amittit ius, quod in ea re habebat. Quando autem creditor illam habebat hypothecam, neque ab illo petita fuit cautio, sed a domino rei praesertur creditor, quoad hypothecariam actionem, modo soluat expensas in ea re factas a missio in possessionem illius ex secundo decreto. Quas tamen creditor ille solvere non tenetur ei, qui titulo emptionis dominium & possessionem eius rei esset consecutus. Et qua sit diversitatis ratio.

Quod propositum est, erit consequenter hoc loco disputandum. Atque lex 2. ff. de damno infecto, fere modo in titulo propositio exponit damnum infectum, dum sic habet: *Damnum infectum est damnum nondum factum, quod futurum veretur.* Consentit. l. praetor ait. §. hoc edictum. ff. eod. tit. ubi habetur, quod cum sint aliae actiones ob damnum, ut Aquilia, & noxae, solum datur pro damno iam dato, actio tamen ex hoc edicto solum competit pro damno nondum sequuto, sed pendent. In re autem proposita damnum infectum dicitur, quod imminet domui vnius, ac rebus in ea contentis, vel plantis, aut cuicumque alteri edificio, puta parieti, aquaeductui, aut cuicumque alteri edificio, puta parieti, aquaeductui, aut alij simili, & denique cuicumque praedio, ex domo, aut ex pariete, ruinosis alterius, quacumque de causa ruinam

minentur, aut ex quocumque opere alterius, ut ex machina, vel ex quocumque alio officio, siue sint in praedio urbano, siue in rustico, siue in loco privato, siue in publico, (modo tamen adificum non sit publicum, iuxta ea quae inferius dicentur) aut etiam ex arboribus alterius. Ita habetur. l. eorū. §. siue adificium. l. fluminum. §. Item apud Vitruvium. ff. de dam. infecto, alius iuribus citandis.

Quando damnum, quod timebatur, timeve poterat, sequitur ex ruina domus alterius, aut ex re alia ex commemoratis, neque is, cui id damnum sequitur, antequam eueniret, sibi petierat caueri de eo dāno, tunc dominus rei, vnde id damnum euenit, ad nihil ei tenetur, neque ulla aduersus illum conceditur ei actio, qui tale damnum est passus: quin neque ruderā (hoc est, materiam ruinae, sic dictam a ruina, seu a ruendo) ex domo, quae ita corruit, ac damnum dedit, cogitur ex ea domo, quae damnū est passus, is tollere, cuius erat domus, quae corruit, modo tamē omnia habere velit pro derelicto, relinquereque ei, qui damnum est passus, nullam ex eis partem auferēdo. Ita habetur, l. euenit. ff. de dam. infecto. §. l. i. tit. 2. par. 3. Cōsentit. l. praetor ait. §. hoc edictum. verū enim. ff. de dam. infecto. Vbi Vlpianus hanc reddit rationem. Quod cum, quando animalia, etiam mancipium, damnum dant sine culpa domini, non teneatur dominus ad tale damnum, modo ea animalia noxae dare uelit, ut scilicet sint eius, qui damnū est passus: ita multo magis, quando res inanimata, ut domus, aut etiam planta, damnum dedit, quia corruit, satis est, si quod ita corruit ac damnum dedit, relinquatur ei, qui id damnum est passus, nihil illius inde auferendo, ut non teneatur ad damnum inde factum: quum: maxime cum domus, quae corruit, quoad id, quod corruit ac damnum dedit, non extet: animalia vero, quae damnum dederunt, extent. Subiungit verō ex Iuliano Vlp. eadem. l. praetor ait. §. vnde queritur. Si dominus domus, quae corruit, vellet aliquid de ruderibus tollere, non aliter esse permittendum, quam si omnia omnino tollere, etiam inutilia, & in super caueret, eum de damno futuro, si quod sequeretur ex extractione omnium ruderum, & insuper de praeterito dato ex ruina suae domus: iudicis tamen officio esse cogendum in eo euentu ad damnum praeteritum, & non ex edicto damni infecti, ut not. ibi glo. Accurij, verb. debere, iuxta §. hoc edictum citatum. Addit Vlpianus in fine eius §.

Quando dominus domus, quae corruit, neque ruderā tollit, neque cauet de damno praeterito ac futuro, tunc domino domus, quae damnum est passa, conceditur interdictione de tollendis ruderibus nuncupatum, cuius verba non extant, quo cogitur, vel ruderā tollere, vel totas domus, quae corruerunt, habere pro derelicto. Hoc autem, ut supra, in l. quod forte, & l. hoc amplius, in prin. subiungitur, ac corrigitur, & constat ex doctrina toto hoc §. tradita, ex l. euenit, & ex l. praetor ait. verū enim, sic intelligas. Quod quando is, cuius domus passa est detrimentum ex ruina alterius, fuit negligens in perenda coram iudice cautione de damno infecto, quia neque ad iudicē illam petij tantquam domus corruerit, neque fuit absens toto illo tempore reipublica causa, tunc, qui damnum est passus, potest cogere dominū ad iudicē, quae corruerunt, ut vel ruderā omnia relinquat, vel (si maluerit) omnino tollat, ac reficiatur totum damnum datum, & insuper si quod aliud dedit ruderā omnia tollendo. Si verō non fuit negligens, quia vel ex iusto impedimento reipublica causa eam non petiit, vel eam petiit ad iudicē, sed interim dum iudex deliberabat, vel interim dum iudicis decretum deferabatur in iudicium domino ruinosa domus, domus corruit, ac damnum dedit, tunc cogitur dominus domus ruinosa vel reficere totū dam-

damnum ex ea ruina & ex ruderum extractione sequuntur, perinde ac si de damno infecto cauisset, vel ruderā omnia, & aedes, quae corruerunt, quoad solū, & quoad partes, quae non corruerunt, habere pro derelicto, ea relinquendo ei, qui damnum est passus, ut enim uidebimus, dominus rei, vnde id damnum timeatur, ad alterum duorum sub distinctione tenetur, nempe, vel ad cauendum de toto damno, quod fuerit ex illa sequitum, vel, si cauerit noluerit, ad eam relinquendum ei, qui inde damnum timet. Atque hoc totum est, quod disponitur ac habetur. l. quod forte. l. hoc amplius in prin. l. si finita, §. eleganter, & l. cum postularem in prin. verbi. at si. ff. de damno infecto.

Obserua tamen si periculum esset opprimēdi aliquem, cuius interficiendum, aut notabile damnum ei inferendum, tunc iudex praescribere tenetur, ut diruatur statim id vnde id damnum imminet, aut ita sulciatur, aut reficiatur, ut cesset tale periculum. Ita habetur. l. 10. & 12. tit. 2. par. 3. & consentit. l. praescribi prouincia in praesentis. ff. de off. praet. l. i. §. si quis in praesentis.

Quod ad ea attinet, quae in fluminis, aut etiam maris, in fundum alienum deferuntur. In primis dominum eorum rerum, volenti illa inde extrahere ac vendicare, conceditur interdictione, ne vlla vis ei fiat, a domino fundi, neque a quocumque alio. Excipiuntur nisi crustū terra ex fundo aliquo delatum sit in fundum alienum, aut planta adluce uiuens. Quando enim haec delata sunt, est distinguendum. Quoniam si coalescerit, ita ut planta radices egerit in terra aliena, atque adeo transierit ea de causa in dominium eius, cuius est is fundus, aut si crustum terrae alienae coalescerit, hoc est, vnitum, continuatum, vnumque adhesionem effectum sit cum fundo, in quem fuit delatum, tunc vendicari extrahere, non possunt: quoniam eorum dominium adhaesione illa transijt in dominium fundi, in quo ita coalescerit. Fortasse tamen valor plantae, quem habebat antequam radices ageret, erit soluendus domino fundi, unde fuit delata. Dummodo tamen ille soluat, si quod forte damnum ea planta suo ingressu intulit domino fundi, in quo coalescit. Si uero non coalescerit, extrahi haec possunt, perinde ac nauis in fluminis in fundum alienum delata, & perinde atque alia similiter delata possunt extrahi, competitque eorum dominis interdictione, ne vis eis fiat, neue impedimentum eis apponatur, in ea extractione. Ceterum, vel habere tenentur ea pro derelicto, relinquereque illa domino fundi pro damno, quod suo ingressu ei dederunt, quasi noxae pro eo damno dato; vel tenentur solvere damnum totum, quod dederunt, & insuper si quod sequitur etiam fuerit ex extractione, & tenentur valor integra extrahere, si ita velit dominus fundi. Ita habetur. l. hoc amplius. §. de his. §. Alfenus, & §. Neratius. ff. de dam. infecto. idque est ligat natura ipsa rei.

Iuxta haec tenus dicta, & iuxta ea, quae subijcimus, qui damnum infectum modo supra explicato rationabiliter timet, ut dominus rei, vnde illud timet, ipsi de eo, si sequatur, tenetur, petere debet, an equam sequatur, ut sibi de illo caueat: alioquin de illo regulariter, ut dictum est, non tenetur. Et quidem, non satis est petere extra iudicium ab eo, ex cuius re damnum timet, ut sibi caueat, ut ille teneatur, nisi coram iudice pro tribunali sedenti sit etiam petitum, ut expresse habetur. l. cum postularem. ff. de dam. inf. Quando enim iudicis officio alieni est subueniendum, ut in re proposita, tunc interpellat extra iudicium non sufficit aliquam in mora, ut ex Bal. & ex alijs notat ibidem glossa marginalis. Si tamen priuatus ille extra iudicium cum stipulatione promittit de damno infecto, (& in hoc Regno, etiam sine stipulatione) ita ut in exteriori foro pro-

uari id posset, tunc, vi talis stipulationis, aut promissionis, cogere tur in exteriori foro reficere id damnum, si sequetur. Et in conscientia foro tenere illud, tunc reficere, etiam si stipulatio, aut promissio, verē interposita, probari in exteriori foro non possit.

Qui coram iudice petiit sibi caueri de damno infecto, iurare tenetur de calumnia, hoc est, sincerē eam cautionem petere, quia verē damnum iuste inde timet, neque intendit iniuste vexare eum, a quo eam cautionem petiit. Ita habetur. l. praetor ait, in prin. l. qui bona fide, §. qui id damni. ff. de dam. infecto. Qui autem caueri sibi de damno infecto postulat, & iurauit de calumnia, si tunc ei nō fuit cautum, iterumque sibi ab eodem caueri postulet, iterum iurare tenetur de calumnia: quia fieri potest, quod nunc calumnia de nouo intenter. l. qui bona fide citata. §. si quis stipulatur. Quando aliquis, tanquam procurator, petiit caueri de damno infecto ei, cui procurator existit, & cuius nomine eam cautionem petiit, iurare debet, non calumnia causa eum, cuius nomine cautionem petiit, nō possit cogi iurare de calumnia, si praesens esset, ut quia esset parens, vel patronus, tunc neque procurator iurare, modo explicato, tenetur. Ita habetur. l. bona fide citata. §. si alieno. Glossa tamen ibi subiungit, forte hodie correctum esse per l. 2. §. fin. autē. C. de iur. prop. calum. ut procurator iurare de calumnia praedicto modo non possit.

Quando aliquis tanquam procurator alienius petiit, ut caueatur de damno infecto ei, cuius se dicit procuratorem, caueri debet ab eo, cuius est res, vnde damnum iuste timetur, atque iudex procurator caueri debet de rato, hoc est, quod is, cuius nomine cautionem petiit, ratum habebit esse ei se eam cautionem praestituras verō, qui ita cauet, in cautione addere debet, se nolle teneri ea cautione, si vel appareat, eum non fuisse procuratorem vel eum, cuius nomine caueri petiit, ratum non habere. Quando autem in euentu explicato, in cuius est res vnde damnum timetur, & quem caueri requiritur, caueri non vult, procurator iurari debet in possessionem rei vnde damnum timetur, non secus atque is, cuius nomine caueri postulat mitteretur, iuxta ea quae dicenda sunt, si ipse esset, qui sibi caueri postulare, sique, cuius est res, vnde damnum timetur, caueri nō vellet. Neque, procuratorem mitti in eo euentu in possessionem eius rei, impediretur ex eo, quod is, cuius est ea res, opponeret, seu obijceret, eum non esse procuratorem illius, cuius dicit se esse procuratorem. Ita habetur, l. inter quos. §. alieno. ff. de dam. inf. concini etiam, l. praetor ait, in prin. ff. eod. tit.

Iudex, coram quo petitur, ut caueri iubeat de damno infecto, praescribere debet ei, cuius est res vnde damnum timetur, in quantum tempus cautione debeat conficere, & vique ad quē diē seu terminū caueri debeat, neque enim in infinitum manere debet obligatus, sed vique ad certum terminum, quo diem iudicis arbitrio constituendum, cognita causa, & inspecta re, vnde damnum timetur, attentis; alij circumstantijs conuenientibus. Ita habetur. l. qui bona fide, §. vlt. & l. in causa, iuncta. l. 4. in prin. & §. si intra diem. ff. de dam. infecto. Quod si res vnde damnum timetur, & res, cui damnum timetur, distent, opusque sit illas uideri, ut iudicetur, an verē damnum imminet, & intra quantum tempus caueri oporteat, poterit iudex superior id delegare iudici inferiori eius loci, ut iudicet, an periculum imminet, & intra quantum tempus debeat caueri. Quarta, citata in prin. Quando cautio de damno infecto fuit praestita, atque ex certa scientia, partiumque contentione, nullus fuit dies, seu terminus, apponendus,

tus, vique ad quem solùm teneretur dominus rei, unde de damnum timetur, tunc, quocumque tempore dānum inde sequatur, tenetur illud solvere, qui ea cautionem præstitit. Si vero per errorem nullus terminus fuit præfixus, tunc, qui cauit, solùm tenetur vique ad terminum, intra quem in simili euentu conficiunt in ea regione caueri. Ita habetur. l. si finita in prin. ver. si verò. ff. de dam. inf. Quando aduenit dies, vique ad quem cautio est præstita, vel proximo accedit, si ad hoc dānum timeatur, potest peti, vt iudex terminum cautionis proroget, aut de nouo caueti efficiat, teneturque iudex id ita præcipere causa si militet cogita, & examinata. Ita habetur. l. in prin. ff. de dam. inf. **10** Quando opus est factum in flumine publico, aut in ripa fluminis publicæ, dānum iuste timetur, tunc cautio præstari debet in decem integros annos. Ita habetur. l. prætor ait. §. de eo opere, & l. si finita. §. deinde ait prætor. ff. de dam. inf. Quando autem opus est factum, vel in loco priuato, delictum in quoque alio loco publico, qui non sit flumen, aut ripa fluminis, cautio est faciendā in tempus arbitrio iudicis statuendum: quoniam prætor de nullo alio opere factum in loco publico, quā in dō facto in flumine, aut in ripa fluminis, statuit vt cautio fieret in decem annos, sed id reliquit iudicis arbitrio. Ita habetur. l. si finita. §. deinde ait prætor, & §. si quid in via. ff. de dam. inf. **11** Fluminum publicorum, viarum, ac viciorum, communis est usus, ipsa tamen loca publica sunt, & non priuata. Ex ipse littora publicorum flouiorum, quæ, ut ad illa terminentur prædia priuatorum, via inter littora & ea prædia non remanēt, pertinent quoad dominium ad eos, quorum sunt prædia, quæ ad illa terminantur, vt habetur. §. riparum in sti. de ret. di. uil. & l. riparum. ff. de acq. rer. dom. d. m. i. **12** In eis locis autoritate publicæ licitum est edificare, quod in locis priuatis, aliquidque dicitur, dānum dō non fiat vni alicuius in commodo ac dāno. Ita habetur. l. fluminum in prin. ff. de dam. inf. **13** Quod si in loco publico fixa autoritate publica edificium priuatum, tunc, et edificium duntaxat maneat priuatum, non verò solùm, vique si ex tali edificio dānum imminet alteri, is, cuius est tale edificium quoad utile domini, cauere debet de edificio duntaxat, & nullus tenebitur cauere de solo, etiam si ex solo dānum imminet. Cui tamen, quando edificium factum est in loco priuato, cauendum sit de edificio & de solo. Ita habetur. l. si finita. §. no. tandum, & l. fluminum in prin. ff. de dam. inf. **14** Obsertā tamen, quod quando ita concederetur fieri edificium in loco publico, vt locus ex publico fieret priuatus quia condonaretur pars viæ publicæ, aut soli publici, vt in recom. pensionem pro alia re concederetur, vt defineret esse locus publicus, & fieret priuatus, id quod sepe fieri solet, tunc, si ex opere in eo solo factum dānum immineret, tenetur id omnis operis cauere, tum ex dāno imminente ex opere, tum etiam ex dāno imminente ex solo, factum iam ipsius, nec retinetur rationem soli publici. **15** Quando in loco publico sit opus aliquod publicum, aut relictum, non cauetur de dāno infecto: sed si dānum timetur, recurritur ad principem, vel ad superiores aliquam aliam potestatem, quæ subuenire periculo, ac dāno vicinorum ea in parte possit, impeditendo id actuum, aut illud etiam destruyendo. Quando enim in loco publico aliquid sit, vnde, vel ratione loci, vel ratione operis, possit dānum alijs imminere, ita concedendum est fieri, dānum dō ulcibus non nocet. l. si finita. §. si publicus, & §. si quid, & l. fluminum in prin. ff. de dam. no. infecto. **16** Qui vias publicas priuata sua autoritate in suam

utilitatem munit, cauere debet de dāno infecto: se eius si publica autoritate id efficiat. Ita habetur. l. qui vias. ff. de dam. infecto. **17** Qui cauet de dāno infecto, si caueat nomine suo, hoc est, tanquam dominus rei, vnde periculum timetur, solùm cauet promittendo, & soluitur dānum si quod inde euenierit, neque tenetur fideiussores præstare. Qui verò cauet nomine alieno, hoc est, de re vnde dānum timetur, quæ ad alium spectat, & quatenus ad alium spectat, satisfat, hoc est, fideiussores præstat, quod soluet dānum, si quod inde euenierit. Quando autem dubitatur, an id, pro quo aliquis cauet, ad ipsum spectet, satisfat sub exceptione, quod si comperiat ad se pertinere, fideiussores ad nihil teneatur. Ita habetur. l. prætor ait, in prin. & l. qui vias. ver. si cōtrouersia. ff. de dam. inf. **18** Si rei vni dānum imminet ex re alia, & dominus rei, cui dānum imminet, petat cauere sibi sine fideiussores de eo dāno ab aliquo, quem dicat esse dominum rei, vnde dānum imminet: atque alius dicat, se esse dominum rei illius, sique, qui caueti sibi postulat, id negat, non potest petere, vt simul sibi caueatur ab hoc sub fideiussores, & ab illo alio parē, sed eligere debet, quem eorū duorum velit, sibi cauere. Ita habetur. l. si proprietarius. §. Plautius. ff. de dam. infecto. **19** Quando est controuersia, ad quem e duobus pertinet res, vnde dānum timetur, & dominus rei, cui inde dānum timetur, petat sibi cauere de eo dāno, tunc is, qui est in possessione rei, vnde dānum timetur, cauere debet: si verò non cauet, is, qui petat sibi cauere, mittit debet in possessionem eius rei ex primo, aut ex secundo decreto, iuxta ea quæ subijcimus. Quod si caueat, & aliquid soluat ob dānum sequutum, ac postea timeatur, resque adit dicitur alteri, qui contendebat ad se pertinere, hinc soluere debet ei, qui timeatur, quod in recom. pensionem dāni, ex ea re subsecutus, soluit. Ita habetur. l. inter quos. §. si domus. ff. de dam. inf. **20** Quando aquæ ductum quis facit in fundo alieno ratione seruitutis ad id sibi debet in eo fundo, aut quando aliquid aliud quis facit in alieno fundo ratione similiter seruitutis in eo ad id sibi debet, tunc, si dominus fundi iuste inde dānum timeat plantis, aggeri, aut alteri edificio suo quod in fundo, petatque sibi cauere, quāuis Labeo dixerit, debere satisfidare, quasi de rei alieno fundo, vbi planus tamen id correxit, dicens: Quod quia aqua ductus, aut quoduis aliud factum in fundo alieno ratione seruitutis ad id debet in eo fundo, est quasi edificium proprium eius, qui illud ibi ratione talis seruitutis facit, solùm debet promittere, se soluturum, si quod dānum inde sequatur, non verò satisfidare, fideiussores adhibendo. Ita habetur. l. dānum infecti stipulatio. ff. de dam. infecto. **21** Quando res, vnde dānum timetur, vt domus ruinosā verbi gratia, ad unū pertinet quoad proprietatem, & ad alterum quoad vtilitatem dominii, vt si feudatarius, emphyteuta, aut superficiarius, compa ratione illius, vel ad eum pertinet quoad vtilitatem, vel in illa habet seruitutem aliam, aut in aliud, vt si est illi tradita in pignus, (de diff. crimine iuris in re inter hos omnes, vide que dicta sunt Disp. 10. & 371.) & vicinus petat sibi cauere de dāno alteri suæ rei, quod ex illa timetur, tunc ad conciliandā variā iura, remque hanc explicandā, est distinguendum. Quoniam si a proprietario, & ab illo altero, petatur, vt caueant, & verque caueat, vniquisque eorū de eo, quod in ea re habet, tunc satis est, si eorū vniquisque promittat, & neque; tenetur prestare fideiussores. Ratio autem est, quoniam neuter cauet nomine alieno, neque de eo, quod ad alterum spectat, sed vniquisque eorū cauet nomine proprio, & de eo

precisè, quod ad ipsum in ea re spectat. Atque iuxta hoc intelligo legem, qui bona fide. §. i. ff. de dam. in fact. que id aperit statim, redditā ratione, quam nos proximè reddidimus, & sic hinc: Sine corporis (hoc est rei) dominus, sine is, qui habet, vt puta seruitutem, de dāno infecto caueat, pro eum repromittere debere, non satisfidare: quia suo nomine id facit, non alieno. Licet enim exemplum appoluerit in habente in ea re seruitutem, vniuersim tamen lex loquitur, de quocumque habente ius in ea re, distinctum a rei dominio, & loquitur, quando precisè de eo cauet, vna cum domino rei, quadratque ratio redditā, cur satisfidare in eo euentu non teneatur. Vnde ad illam questionem, quam Vlpianus excitat, indecisamque relinquit. L. quid de creditore, in prin. ff. de dam. infecto. Videlicet, si creditor, qui in pignus accepit rem, vnde dānum timetur, cauere exigatur, vt promittere debeat, quia suum ius tunc, an satisfidare, quia dominus non esse dices dum est. Si caueat vna cum debitore ac domino eiusdem rei, satis esse, si re promittat: quia solūm cauet quoad ius precisè, quod ad ipsum spectat: si verò solus caueat, debere satisfidare, iuxta ea, que subijcimus de omnibus, qui domini non sunt, & cauent de re propter ius, quod in ea habent. **22** Quando verò seorsum petatur a proprietario, & ab habente dominium vtile, aut vtilitatem, vel seruitutem, vel aliud ius, in aliqua re, vt de ea integre caueat, tunc in primis, si neuter caueat, vicinus, qui petat sibi cauere de dāno infecto ex tali re, mitti debet aduerlus vtrumque in possessionem eius rei ex primo decreto, & postea ex secundo, eo modo quo exponemus. Ita habetur. l. hoc amplius. §. quantum est, & §. l. i. quāuis, & l. si finita. §. si qua sint, & §. si de vegetilibus. ff. de dam. infecto. Deinde verò proprietarius requiritur, vt caueat de toto dāno, satis est, si promittat, se soluturum totum dānum, si eueniat, neque tenetur satisfidare præstando fideiussores: eo quod dominium, quod est præcipuum in ea re, ad ipsum pertinet. Reliqui verò, si requirantur vt caueant de toto dāno, satisfidare tenentur, præstando fideiussores: eo quod, saltem ratione proprietatis, quæ est præcipuum in ea re, & ad alium spectat, satisfidare teneatur. Ita habetur. l. hoc amplius. §. quantum est, & §. Celsus. l. quāuis. l. si finita. §. si qua sint, & §. l. de vegetilibus. ff. de dam. infecto. **23** Quando is, qui dānum timet rei suæ, petiuit ab eo, qui non est proprietarius, sed emphyteuta, feudatarius, superficiarius, aut usufructuarius, rei, vnde dānum timetur, aut ab eo, qui in ea habet ius aliud, vt seruitutis, aut pignoris, vt sibi caueret de eo dāno, nec cauet satisfidando de integro dāno, tunc si propter eam contumaciam is, qui sibi caueri petiuit, mittatur in possessionem eius rei ex primo & rursum ex secundo decreto, iuxta ea quæ dicenda sunt, quia neque proprietarius se obtulit ad cauendum promittendo solum de integro dāno, amittunt dominium vtile, quod habebant in ea re, aut vtilitatem, vel aliam seruitutem, aut ius pignoris, quod in eadem re habebant, ei, qui ita ex secundo decreto missus est in possessionem. Proprietarius verò non prius amittit solum dominium, quā requiritur etiam sit caueri, promittendo solum resarcire totum dānum, si sequatur, & propterea quod ipse etiam sit contumax non ita cauendo, is, qui caueri sibi petiuit, mittatur etiam ex secundo decreto aduerlus illum in possessionem eiusdem rei. Ita habetur. l. si finita. §. si qua sint, & §. si de vegetilibus. ff. de dam. infecto. Atque, §. si de vegetilibus, sermo est de emphyteuta, & de proprietario, vbi glossa vlt. in vltimis verbis ait, idem esse in feudo. Coniungunt etiam. l. hoc amplius. §. Celsus, & l. quāuis. ff. cod. titu. Credo

etiam similiter, si proprietarius cauet re admoneatur, & non emphyteuta, feudatarius, superficiarius, vt usufructuarius, aut habens aliam seruitutem, vel ius in ea re, hos, propter contumaciam solius proprietarii, non amittere solum vtile dominium, aut aliud ius, quod in ea re habent, sed solum proprietarium amittere, propter suā contumaciam, solum dominium. **24** Quando proprietarius solus cauet re de integro dāno, petere potest ad emphyteuta, feudatario, superficiario, usufructuario, quin & ab habente aliam seruitutem in illa eadem re, vnde dānum timetur, vt sibi etiam caueant de ea parte dāni, quam solue re ad eos spectat, pro rata valoris iuris, quod in ea re habent: quod si ei non caueant, aut ei non soluant post dānum sequutum partem valoris eius dāni, quod pro eis soluit, quando cautionem antea ab eis non petierat, amittere usufructum, vel dominium vtile, aut aliam seruitutem, quæ in ea re habent. Ita habetur. l. hoc amplius. §. Celsus, & l. quāuis, & l. si proprietarius. ff. de dam. infecto. Credo autem eam cautionem, præstandam tunc proprietario, non esse fideiussores, sed solum promissoria: quoniam illi non cauet pro alia re, aut pro alio iure, quā pro eo precisè, quod in ea re ad ipsos spectat. Eadem ratione, si solus emphyteuta, feudatarius, superficiarius, usufructuarius, vel habens aliam seruitutem, aut ius in ea re, satisfidat pro toto dāno, non cauetur proprietario: postea tetro, sequuto dāno illud integrum soluant, quia videlicet contribuere non vult proprietarius pro rata parte eius dāni, quæ ad ipsum spectabat contribuere re ratione dominij quod in ea re habet, amittit proprietatem soli, aut reliqui edificij, remanētis, ei, qui loco ipsius satisfidat, ac soluit dānum. Ita habetur. l. quāuis, in fine, & l. si proprietarius. ff. de dam. infecto. Ac fortasse, antequam dānum sequatur, poterit exigere, qui loco proprietarij ita satisfidat, vt sibi caueat de parte dāni; quā ad eum spectaret soluere, si simul cauisset, ac dānum sequeretur; aut petere ab eo, fideiussores cautio integri dāni est præstita, vt fidei actionem cedat, quā aduerlus proprietarium habebat, vt pro rata caueat de eodem dāno, eamque actionem sibi celsam intenter aduerlus proprietarium, vt sibi caueat loco alterius, qui eam actionem cessit: quod si non velit, contumaxque sit, mittetur ex primo, & ex secundo, decreto in possessionem proprietatis, eamque eo ipso amittet ei proprietarius, etio postea nullum dānum sequatur, contentique satis. l. si proprietarius citata. **25** Qui bona fide rem, vnde dānum iuste timetur, emit a non domino, si cauere iubetur vicino, non tenetur satisfidare, esto vicinus cōtendat, eum esse non dominum rei, pro qua cauet, ac proinde debere satisfidare, sed satis est, si ei simpliciter promittat de dāno, si fuerit sequutum. Ratio autem est, quoniam, dum eam rem possidet vt suam, quæ emptam, & pro ea cauet, suo nomine cauet, & non alieno nomine, ac proinde satis est, si de dāno promittat. Ita habetur l. qui bona fide, in prin. ff. de dam. infecto. **26** Quāvis cautio de dāno infecto præstetur de dāno futuro, soletque prescribi dies, aut terminus, intra quem cauens teneatur, vt dictum vtrūque supra est: si tamen domus ruinosā, verbi gratia, pro qua præstita est cautio, cadat quidem supra parietem meam intra terminū cautionis, eūque qualisum relinquit, tunc, esto paries decidat post terminū cautionis, age re possum ad dānum sequutum, vel antequam decidat, vel postquā ceciderit: quoniam dānum acceptum fuit intra terminū cautionis, esto vltimus effectus eius dāni, nempe ruina parietis ex istu intra terminū cautionis accepto, sequutum fuerit post eum diem. Ita habetur. l. dāni infecti. §. Sabini. ff. de dam. infecto.

Tom. III. Pars Posterior. I 2 Si

23 Si duæ res, vt duæ domus, vna vicissim minetur ruinam alteri, domini earum mutuo tenentur unus cauere alteri de damno infecto, si uterque id ab altero petat, & vtrius eorum existente contumace, nec volente cauere, alter mitti debet in possessione domus illius. Ita habetur. l. damni infecti. §. si vicinas. ff. de dam.

24 Si vitium soli fit illi naturale, & periculosum, vt quia palustre, vel arenosum, non est cauendum, de damno, quod inde alijs rebus imminet, nec, si caueatur, valida est cautio. Ita habetur. l. fluminum. §. vitium. ff. de dam. infect. Si tamen in eo loco superponatur edificium, & ratione edificij superpositi, damnum imminet, etiam ex loco propter edificium superpositum, locum habet cautio de damno infecto vt ibi subiungit glossa.

25 Quando inter domos ruinosas, & alias non ruinosas, sunt alie intermedia non ruinosæ, & quis timet iuste damnum ex domibus ruinosis, mediantibus domibus intermedijs non ruinosis, quia videlicet sustinere non poterunt ruinam, & ita cadent, etiam & nocent alijs domibus, que proximè post eas sequuntur, tunc dominus harum domorum, remotiorum petere poterit cautionem de damno infecto, tunc à domino domorum ruinosarum, tum etiam à domino domorum intermediarum: qui etiam à domino domorum ruinosarum petere poterit cautionem, tum damni, quod suis proprijs domibus ex ruinosis imminet, tum etiam damni, de quo cauere ipse debet proximis alijs domibus non ruinosis. Ita habetur. l. qui bona fide. §. cum inter. ff. de damno infecto.

26 Si alicuius domus ruinosæ vnus habeat proprietatem, & alius vsum fructum, neuterque habeat domum aliam sibi propriam, aut aliud edificium vel prædium prope, cui ex ruinosâ domus nocere possit, tunc neque usufructuarius petere poterit à proprietario, vt sibi caueat de damno eius domus quoad vsum fructum, neque proprietorius petere poterit ab usufructuario, ut sibi caueat de damno eiusdem domus quoad proprietatem. Ita habetur. l. damni infecti. §. ei cuius, & l. inter fructuarium. ff. de dam. infect. Ac ratio primi redditur vtriusque, quoniam ad usufructuarium spectat facere sumptus necessarios ad conseruationem eius domus, dum ea fruatur: quod si ad id necessarii sunt alij extraordinarij & magni, qui ad ipsum non spectent, sed ad proprietarium, illos potest facere, & petere illos potest à proprietario actione negotiorum gestorum, vt Disput. 7. vtrumque est dictum, & Disput. 8. est additum, qui sumptus pertineant ad patrem familias usufructuarium bonorum aduentitiorum filij sui familias. Ratio vero secundi redditur etiam in vtroque textu: quoniam fructuarius reddere tenetur cautionem, quod tanquam bonus vir fruetur res, cuius habet vsum fructum, & quod facit sumptus ad illius conseruationem ordinarios ac necessarios, ad ipsumque pertinet damnum, si quod sequatur, quod non vt oportet ea re fruatur, & quod non faciat sumptus ad illius conseruationem ad ipsum attententes, vt Disputat. 7. citata dictum est, mod. l. hoc amplius. §. Celsus. ff. de dam. infect. habetur, si eos sumptus non faciat, priuari à proprietario posse usufructu. Quando autem ordinario hoc remedio subuenire consulere, sibi potest proprietorius, locum non habet remedium extraordinarium, quod faciat usufructuarium sibi cauere de damno infecto. Quod si ad conseruationem talis domus ruinosæ, necessarii essent sumptus extraordinarij, quos facere, non attineret ad usufructuarium, sed ad proprietarium, tunc glossa iuribus citatis voluit, ea de causa proprietario non posse cogere usufructuarium sibi cauere de damno infecto, quod usufructu

27 A ctuarius teneatur eos etiam efficere, posteaque eos petere à proprietario actione negotiorum gestorum: quod si illos non efficit, ad eum attineat damnum subsequutum, proprietarioque expellere eum possit ab usufructu, perinde ac quando ad id essent factis alij ordinarij sumptus, quos facere pertineret ad usufructuarium, nec tamen illos efficeret. Certe mihi hæc illarum glossarum opinio non probatur. Licet enim usufructuarium facere possit sumptus extraordinarios necessarios ad conseruationem domus usufructuarie, si velit, eosque postea petere possit actione negotiorum gestorum à proprietario; non tamen tenetur illos facere, neque, quod illos non faciat, potest expelli ab usufructu: sed proprietarius est, qui tenetur eos facere, si vult ea ratione domum illam conseruare, ne corruat. Hac ergo ratione tunc proprietarius non potest cogere fructuarium, vt sibi caueat de damno eius domus: quoniam impedire tale damnum, faciendos eos sumptus, non pertinet ad fructuarium, quasi illos facere tenetur, vt ea domus conseruetur, sed spectat ad proprietarium ipsum, eaque de causa usufructuarium non tenetur illi cauere de eo damno.

Quando autem usufructuarium, aut proprietarium habet aliam domum sibi propriam, aut aliud prædium sibi proprium, iuxta eam domum ruinosam, cui damnum imminet ex ea ruinosâ domo, vtrum vnus alteri cauere tenetur de eo damno, quod ex tali domo ruinosâ imminet, est distinguendum. Quod si imminet alteri prædio usufructuario proprio, ex solo domus ruinosæ, & non ex edificio eiusdem domus, tunc proprietarius tenetur illi cauere de eo damno, vt habetur. l. inter fructuarium citata: alioquin fructuarium mittetur in possessionem proprietatis eius domus ex primo & ex secundo decreto, modo infra explicando. Si vero imminet prædio, proprietario ipsi proprio, ex nouo peculiari edificio, quod usufructuarium, efficitur in ea domo, in qua habet vsum fructum, tunc tenetur similiter usufructuarium cauere proprietario de eo damno, vt habetur expressè eadem. l. inter fructuarium, citata.

Quod si ex domo ruinosâ, in qua vnus habet proprietatem, & alius vsum fructum, imminet, ratione edificij ipsius domus in se damnum aliquid vicino alicui prædio, sive proprietario, sive usufructuario, tunc neuter tenetur cauere alteri de eo damno: idque propter eandem rationem, & petere illos potest, vnum non teneri cauere alteri de damno ipsius ruinosæ domus in se. Ita habetur expressè. l. damni infecti. §. ei cuius, & l. inter usufructuarium, citatis.

28 Similiter, si duo habeant domum ruinosam vtriusque communem quoad proprietatem, & vsum fructum simul, neuter tenetur alteri cauere de damno infecto, tam ipsius domus in se, quoad partem pro indiuiso, quam in ea habet, quam ratione alterius prædij vicini, proprii alicuius eorum, cui ex eadem domo imminet damnum. Ratio est, quoniam cum is, qui peteret sibi cauere de damno infecto, possit aliter sufficienter sibi consulere ac subuenire ei damno, rescindendo domos ruinosas vtriusque communes, & petendo actione pro socio, aut communi diuidendo, dimidium earum expensarum à condonatio secum eorum domorum ruinosarum, non conceditur ei remedium extraordinarium cautionis de damno infecto. Ita habetur expressè. l. si adhib. meis. ff. de dam. infect.

29 Hoc loco obserua, quamuis vnus alteri in prædicto euentu caussit, ignorans non teneri cauere, & postea sequeretur damnum ex ruina eius domus, non teneri de damno ita subsequuto, vt constat ex l. ex damni. §. quoties. i. ff. de dam. infect. Vbi habetur, si duo habeant parietem pro indiuiso ruinosam, & ex vno

30 tio illius damnum sequatur vni eorum, cum tamen neuter peculiarem aliam causam dederit parietem illi eius ruinæ, tunc alterum ei non teneri de eo damno, esse peti errorem ei antea caussit de damno infecto. Ratio autem est, quam reddiderat. l. si adhib. meis citata. Si tamen vnus eorum oneravit eum parietem, idque in causa fuit, vt rueret ac damnum inierret alteri, tunc si ei cauerat de damno infecto, tenetur ei ad id damnum sequutum, idemque habetur. l. inter quos. ff. eodem titulo. Caterum, si ambo eum parietem onerauerunt, fueruntque proinde in causa, vt corrueret, tunc neuter alteri tenebitur de damno infecto, esto plus damni ex ea ruina sequutum fuerit vni, quam alteri: quoniam tunc ambo in culpa fuissent, & militaret illa alia ratio, quod uterque poterat rescicere eum parietem, petereque dimidium expensarum ab altero, & ita vitare poterat proprium damnum ex ruina eius communis parietis sequutum. Quod autem Pomponius addit. l. inter quos, citata, nempe si alter eorum, quibus est paries communis, habeat pretiosiores domus, quibus is paries possit nocere, huic præstandam esse cautionem, corrigere videtur Caius. l. si ex adibus, & vlpianus. l. ex damni. §. quoties. i. ff. de damno infecto.

31 Quando paries est communis duabus domibus, & vnus eorum, quibus ita est communis pro indiuiso, vult illum destruere, & alter petit sibi cauere de damno, quod tunc inde sibi obuenturum, cautioque, ei præstatur, est distinguendum. Quoniam si paries, qui est destructus, erat idoneus ad onera vtriusque domus sustinenda, etiam que ritè ei volebant imponi, atque ex demolatione illius damnum sequutum fuit, vel in demolatione, vel quia alius, loco demoliti constructus, non fuit idoneus, tunc qui destruxit, & cauit, tenetur de damno infecto. Si vero paries destructus non erat idoneus oneribus vtriusque domus sustinendis, neque culpa demolentis, aut de nouo parietem loco illius constructus, damnum fuit sequutum; tunc, qui cauit de eo damno, non tenetur soluere id damnum: fecus vero si culpa illius sequutum sit. Ita habetur. l. in parietis, & duabus sequentibus. ff. de dam. infect. Hoc loco obserua, quando paries demolitus non erat idoneus, tunc expensas factas in eo demolendo, & in altero construendo, si rationabiles & moderate sint, solutendas esse ab vtroque, quorum erat paries demolitus, idque actio ne pro socio, aut communi diuidendo, petere poterit, qui eas fecit, ab eo, in cuius comodum facte sunt, iuxta ea, que sup. dicta sunt.

32 Quando duo habeant eundem parietem communem, & de communi consensu vtriusque illum destruant, vt communibus sumptibus vtriusque reedificetur, tunc si quod damnum inde sequatur eisdem quoad prædia eorum coniuncta, aut vicina, nihil vnus alteri tenetur, sed neque potest vnus cogere alterum, vt sibi caueat de tali damno, vt ex dictis facile constat, & habetur. l. damni infecti. 2. §. cum parietem. ff. de dam. infect. Si vero damnum inde imminet alicui tertio, ille quidem poterit ab illis petere, vt sibi caueant de eo damno, sed ab vnoquoque eorum, vt sibi caueat solum de dimidio eius damni, vt ex sequentibus patet, & habetur. §. cum parietem citato. Dubium vero est, vtrum, si illi duo, non

33 quidem ducti errore iuris, aut facti, sed sua sponte, sibi mutuo caueant vnus alteri de integro damno, quod ei inde eueniret, teneantur id integrum soluere. Itemque, si timore iusto, ex destructione & reedificatione eius parietis, in qui vnus recedat, nec soluant pensionem locationis domus temporis sequentis, teneatur alter ei soluere etiam id damni amissionis ea de causa eius parietis pensionis vicinarum domorum. Arque ad vtrumque in eo euentu respondetur affirmanter. §. cum parietem citato. Quoniam tunc iniucem tenentur ad integrum damnum sequutum ex spontaneo illo pacto, vtrique æquali, quo se iniucem spontaneè atque ex certa scientia ad id totum damnum astrinxerunt.

34 Si, cum haberem seruitutem in domo tua, aut in pariete tuo, ne tu alius tolleres, alius suffulsi, si ego petam destrui, quod alius est edificatum, & tu ex meo consensu id fecisse affirmes, atque ego id neges, mittor ex primo decreto in possessionem eius quod alius edificasti, præstabiturque tibi tempus, intra quod tuum intentum probes: quod si intra id tempus non probes, destruitur, quod alius est edificatum. Ita habetur. l. edificatum (alias. l. a quo. ff. de dam. infect.

Quando aliquis habebat domum iuxta aliam alterius ruinosam, & petijt à domino ruinosæ domus sibi ceteri de damno infecto talis domus, atque illic cauit, tunc, si hic, cui est cautum, erat domum aliam iuxta eandem ruinosam, non censetur prior cautio fe extendere ad hanc aliam domum, sed necessaria est noua cautio. Item si, cum domus aliqua censetur communis duorum, vterque à domino ruinosæ domus vicinæ peteret, vt sibi caueret de damno, quod parti, quam in ea domo habebat, eueniret, & ille vtrique eo modo caueret, tunc, si vni illorum ita possidentium cam domum pro indiuiso ad iudicetur alia pars eiusdem domus, cautio prior in vno pariter, non fe extendere ad reliquam, que de nouo illi ad iudicata est. Ita habetur. l. damni infecti. §. si ff. de dam. infect. Et obserua, quod in hoc euentu is, cui altera pars esset ad iudicata, non fuit cedente illi, qui antea erat in possessione illius, neque haberet titulum ex illo, sed aliunde, ac proinde neque ille poterat cedere huic cautionem sibi factam quoad ea partem: quin potius eo ipso, quod ad iudicata esset alteri, & pronunciatum fuisset non pertinuisse ad illum alium, pronunciatum censetur cautionem illam fuisse nullam, vt de cautione facta emptori alicuius rei dicemus, eo ipso, quod pronunciatum, aut certo sciretur, emptam fuisse non domino.

35 Esto aliquis aliunde impedit conetur ac inteter opus, vnde domus, aut alteri prædio tuo, damnum imminet ex ruina, vt actione de noui operis nunciatione, aut ob seruitutem, quam in domo aut in pariete alieno habeat, ne alius tollatur, si tamen inde imminet etiam damnum ruine, petere poterit simul cautionem de damno infecto: quoniam per illa alia auxilia non subuenitur damno ruina, si forte ex illo eodem opere eueniat. Ita habetur. l. qui bona fide. §. si quis opus. ff. de dam. infect.

36 Non solum potest petere cautionem damni infecti dominus rei, cui ex alia damnum timetur, sed etiam quicumque habet in illa ius in re, quoad quod damnum etiam imminet illi, vt emphyteuta, feudatarius, superficiarius, usufructuarium, habens in illa seruitutem aliam, aut habens eam in pignus. l. damni infecti. i. in prin. ff. de dam. infect.

37 Quando simul proprietarius, & usufructuarium, rei, cui damnum timetur, petunt à domino rei, vnde damnum timetur, vt vnicuique eorum caueat de damno infecto, vnicuique eorum cauere debet de parte diuixat damni, que ad eum in ea spectat: vnde non plus cauere debet vtrique simul, quam vni